



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Pisarvensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

Plectro & decorus aureo, & tog a gravis,
Graiam facit cantu stupere Pierin.

PAVLI TARCHANIOTAE EUPHRO
SYNES FRATRI, MARVLLI
auunculo.

Quod procul Inachijs tegeris carissime ab oris,
Desine defato, T A R C H A N I O T A, queri.
Vna eadem terra est, quam cernis, ubique locorum,
Nec minus Elysium hinc, aut minus inde via est.
Nam nobis mandata satisque superque dedisti,
Tot rerum inuitus pondere & exilijs.

IN CYMERAE PROMONTORIO.

Solus in occultis degens HIERONYMVS antri,
Hic recubo, montis accola Cymmerij.
Vnde mare, & terras, tenebrosumque aera circum,
Et video cælum, quod colo, sidereum.

PISAVRENSIA.

IN PISAVRVM IVL. CAES:
SCALIGER.

Hic Roma fulsi primum spes ultima vita:
Vnde loco, atq; vibi nomina ducta canunt:
Dum Gallus Romana actis imitatur auitis
Arma, premens arma Romula, victor adeat.
Postquam è sollicita posuit discrimina mente:
Torpuit occulto dextra soluta metu.

Ah quid

Ab quid agis soboles priscorum inuicta Deorum?
Rerum, non auri, summa petenda tibi est.

IN HORTO DVCALI.**STATUA LOQUITVR.**

Veneri vixi æmula. Saxo occuluit delicias li-
 nor. Pietate artificis æternum viuebam, nisi me vi-
 disse marmoream Venus.

IN VILLA DVCIS.

FRANC. MARIAE Duci Metaurensum à bel-
 lis redeunti; Leonora vxor, animi eius causa, vil-
 lam exædificauit, pro sole, pro puluere, pro vigi-
 lijs, pro laboribus, vt militare negotium, quiete
 interposita, clariorē laudem, fructusque vberio-
 res pariat.

**IN CATHEDRALI PANDVLPHI
MALATESTAE TVMVLVS.**

Olim Ductor er am Latto celeberrimus omni,
 Ductor er am ingenio promptus, & ipse manu.
 Quin etiam, populos summa pietate regebam
 Adriacos, gratus militiae, atque domi.
P A N D V L P H V S mihi nomen erat **M A L A T E-**
S T A, parensqüe
 Progeniesqüe pari nomine clara fuit.
 Hic tumulus fuerat viuo de marmore factus,
 Cæsus imaginibus, & Leo subitus erat:
 Ultima fex hominum ciues, paucique malorum
 Deiecere suis ossa remota locis.
 Sed sceleris tanti populus facto agmine vindex,
 Hunc illum obruncat, hys capit, atque fugat.

VRBI